

B. TERRAE LAPIDESQUE CALCAREAE. 7

## B. TERRAE LAPIDESQUE CALCAREAE.

LINN. *Syst. nat. III. p. 85* sqq.

### a. PVRIORES.

LINN. *Syst. nat. III. p. 85-108.*

Viua, quando a liquoribus acidis continguntur, effervescentia, facili in his solutione, et instillato vitrioli aut acetosellae acido, facili ex reliquis acidis specie sedimenti albi praecipitatione, calce potissimum viua, quam violento igne vstae exhibent, non difficulter a reliquis terreis discernendae.

Calx haec ex omnibus harum terrarum lapidumque speciebus quanto purioribus tanto melior ignis carentis vi obtainenda non amplius quidem effervescit cum acidis liquoribus, verum ebullit atque exaestuat ab aqua et laticibus aquosis, quamuis frigidissimis affusis, in his sensim multis formam adsciscens, cum aqua et arena in pastae speciem subacta aérique exposita indurescit, sicca autem si aëris contactui diu opportuna sit, in puluerem factiscit, sensim tenuiorem, easque dotes, quibus recens atque intemerata gaudebat, certa pro parte amittit; tantam, recens potissimum, in animalium partes acrimoniam exercens, vt ad purgandas apilis, carne, pinguedine pelles ea vtantur coriarii, similem in scopum multi alii artifices.

Calx haec caemento ad aedes extruendas necessario totque aliis in vita communi, opificiis, fa-

A 4 bricis,

## 8 I. TERRAE ET LAPIDES.

bricis, artibus vsibus, celebris, emendando solum  
rei rusticae proficia, a Medicis quoque salutem ci-  
vium publicam curantibus ad contegenda cadauera,  
excrementa aliasque putrescentes animalium partes  
earumque noxias exhalationes arcendas commen-  
data, ad parandum salem causticum, spiritum salis  
ammoniaci causticum et alia medicamenta vsitata,  
propter suam acrimoniam vix alio nisi externo viu  
adhibetur, tunc quoque aut melle aut saponis nigri  
vel veneti aequali, aut farinae auenaceae dupla  
portione et lardo porcino temperata: Ita post CAE-  
LIVM AVRELIANVM, qui (de morbis chronicis L.II.  
c. 1. edit. Ammanni. Amstelaed. 1722. 4. p. 355.)  
membra paralytica praeter alia calce quoque viua  
aspersa fricari iubet, Ill. TISSOT (*Anleitung für  
das Landvolk, übers. von HIRZEL*. Zür. 1762. 8.  
p. 191.) et B. HAEN (ration. medend. P. IV.  
C. 4. p. 156.) calcem viuam cum melle, poste-  
rior quoque cum unguentis mistam in coxario  
morbo efficacissimam deprehendit. Calcem viuam  
cum sapone commistam et aceto acerrimo humecta-  
tam inter vsitatissima sui temporis escharotica re-  
fert SEVERINVS (Trimembris Chirurgia Ed. nouiss.  
Lugd. Bat. 1725. 4. p. 152.); misturam ex calce  
et sapone in verrucis, tuberculis, excrescentiis,  
farcomatibus, tumoribus cysticis, naeuis maternis  
et scirrhis exedendis eximiam habere vim, testis  
locupletissimus est HEISTERVS (instit. Chirurg. Am-  
stel. 1739. 4. p. 473.) naeuos maternos, in ipsa  
adeo facie conspicuos, tuto delere, et post 12 ho-  
ras in escharam conuersos subsequente suppura-  
tione penitus extirpare expertum se esse asseuerat

z. vo-

## B. TERRAE LAPIDESQVE CALCAREAE. 9

z. VOGEL (*Anatomische chirurgische und medicinische Beobachtungen und Untersuchungen..* Rost. 8. 1759. p. 263.) Inter remedia naeuis maternis delendis paria calcem pariter refert M. B. VALENTINI (*praxis medicinae. Francof. ad Moen. 1711. 4. p. 7.*) Cum farina auenacea et lardo in cataplasmatis formam subactam, et pollicis crassitie linteo superinductam tum ad maturandos abscessus, tum si calida imponatur, et singulis nycthemeris renouetur, continuato per mensem et vterius vsu ad sanandos articulorum fungum aliosque eorum tumores hydropicos potentissimam recentius praedicat FALCONER (*Practic. dissertat. on the medical effects of Bathwater. Bath and Lond. 1790. 8. p. 153 - 155.*).

Frequentiori longe, eoque etiam interno vsu  
venit medicis parata ex hac calce

*Aqua calcis*, infundendo calci recenter vstae aquae, melius calidae (qua minus ingratum saporem contrahere perhibetur) quam frigidae octo ad decem partes, agitando aliquoties cum hac, temporisque spatio elapsi defundendo atque per linteum traiiciendo confecta, quae si proba sit, sapore sibi proprio subadstringente facile distinguenda, clara et limpida, ad aërem cuticulam (cremorem appellant) in superficie contrahit, a cinerum clauellatum lixiuio turbatur, et sali ammoniaco in puluerem contuso larga satis copia superinfusa aërem (sive gas) alcalinum exturbat, odore acri nares ferientem, has vero dotes vna cum virtute salutari amittit aliquandiu asseruata vel cocta, vel cum corporibus aëre fixo aut vitrioli, phosphori, acetosellae,

A 5

tartarie

tartariue acido aut principio adstringente grauidis combinata; hinc recens semper et frigida vel saltim tepida a medicis adhibenda, atque euitanda, dum adhibetur, omnia, quae vnum alterumue memoratorum principiorum in se continent.

Salibus lixiuiosis affinis acidum domat; hinc in acido primas vias obidente variisque ex eo fonte promanantibus maliis proficit ( PRINGLE observat. on the diseases of the army in camp and garrison. Lond. 8. 1752. p. 415. ); putredini resistit ( v. HALES philosophical transactions vol. 48. p. 2. for 1754. n. 104. p. 826. et MACBRIDE durch Erfahrungen erläuterte Versuche aus dem Engl. übers. von CONR. RAHN. Zürich 1766. 8. p. 132 sqq. ); hinc a nonnullis externo vsu in gangraena et sphacelo commendata; ea forte de caussa in vlcere cruris scorbutico ( GRAHAM medical observations and inquiries by a society of physicians in Lond. 8. vol. 1. p. 23. p. 286. ), tum pota per menses ad tres vsque libras per diem, tum fomentorum specie parti aegrotiae applicata, et ( PLATNER ars medendi singulis morbis accommodata p. 401. BOERHAAVE elem. chem. 2. p. 316. ) in scorbuto ipso, quem vocant, frigido, eiusque sequelis; in cancro, si quidem mane et vesperi sex vel octo eius vnciae aequali copia aquae cum radice sassaparillae vel ligno guaiaco coctae temperatae potabantur, et singulis quatuor vel octo diebus pilulae, quas a Becchero balsamicas nominabant, sumebantur ( R. A. VOGEL diss. de curatione canceri occulti et aperti per aquam calcis viuae potam praestita. Goett. 1769. 4. ) et in

in ipsa adeo pertinaciori dysenteria tertia lactis parte diluta et per octo dies continuos potata (BVRLET mem. de l'Acad. des scienc. à Par. 1700. p. 168.) per singulos trium hebdomadum continuarum dies ad tres vsque libras hausta (GRAINGER essays and observations read before a Society at Edinburgh. 8. vol. 2. 1756. n. 14. p. 262.) aliquando efficax; a NAVIER (Contrepoisons de l'arsenic, du sublimé corrosif, du verd de gris et du plomb. à Paris 1777. 8. 1. p. 69.) pariter lacti nupta ad debellandum, si corpus ingressum sit, arsenici virus commendata.

Poterat tamen in alui fluxu vi sua exsiccante siue humorem fugente perinde prodesse haec aqua; eo titulo praedicata, in ulceribus tam ossium, quam partium molliorum tum externarum tum ipsarum internarum (MORTON oper. med. Amstelaed. 1696. III. c. 14. et Geneu. 1727. 4. p. 148.) oris, ipsis adeo venereis (HECKER *Anweisung die venerischen Krankheiten genau zu erkennen und richtig zu behandeln.* Erfurt 1791. 8.), vteri (DETHARDING de aquae calcis viuae vsu interno salutari. Rostock 1746. §. 11.), fassaparillae decocto iuncta, vesicae vrinariae (MOLINARI nov. act. ac. Caes. Natur. Curiosorum. T. III. 1767. et OLLENROT ap. SCHMIDKER vermischt. Schrift. 2. p. 110.), et pota cum lacte, aut corticis peruviani decocto atque iniecta ipsorum adeo pulmonum (OLLENROT et DETHARDING II. cc.) intus sumta; a QVARINO tamen in eo malo nunc iners, nunc si recens sit, noxia inuenta: An eadem sit causâ efficacitatis, quam iniectae in urethram, balnei et fatus specie adplicitae aquae calcis tribuit

tribuit in sananda gonorrhœa experientia nixus  
 Ill. GIRTANNER (*Abhandl. über die venerischen Krankheiten.* Gött. 8. 1788. p. 117. 126. 127.) an  
 ex eo fonte promanet vis eius extrinsecus adhi-  
 bitae in panaritio, faccharo saturni foetae (JAEGER  
*funzig chirurgisch praktische Cautelen für angehende Wundärzte.* Frankfurt 1788. 8.), vis in vitiligine  
 et lepra iam ab HIPPOCRATE (*Επιδημίων* L. 2. Sect.  
 5. Oper. cura Foesii editor. Francf. 1624. p. 1046.),  
 in tinea et scabie pertinaci aliisque exanthematibus  
 chronicis humidis ab aliis (DETHARDING l. c. thes.  
 4. S. 1 - 11. KAEMPF *Abhandlung von einer neuen  
 Methode die hartnäckigste Krankheiten im Unterleibe  
 zu heilen.* Dessau und Leipz. 1784. 8. p. 23.)  
 praedicata, in his etiam frequentius epota, et ipsis  
 nutricibus labo eiusmodi infectis, ne in alumnum  
 transeat, vel vt tenelli infantes ea iam vexati libe-  
 rentur, exhibitae, iudicatu difficilius videtur. Ab  
 ea facultate siccante derives quoque felicem huius  
 aquae extrinsecus solummodo applicatae in tumoris-  
 bus hydropicis curandis successum, vt FABRITIUS  
 ab Aquapendente (*Oper. chirurgic.* Francf. 1620.  
 8. p. 234.) sola spongia aqua calcis viuae irrigata  
 totumque abdomen comprehendente et circumli-  
 gata saepius hydropem se sanasse, asseueret.

Ad hanc vim exsiccantem porro referre liceat,  
 si quam exercet, prout multis videtur, virtutem  
 aquae calcis roborantem, quam in vitiis primarum  
 viarum, a sola laxitate oriundis, praesertim si cum  
 amaris remediis coniungitur praeter alios utilem  
 deprehendit MONRO (*Treatise on medical and phar-*  
*macen-*

maceutical chymistry and the materia medica. Lond. 1788. 8. Vol. I. c. 9. sect. 1. n. 8.), et lenimen, quod cum tertia parte olei lini subacta et parti affectae allita, toties (MONRO l.c.) affert, ipsam forte in verrucis mollioribus et suppurantibus delendis vim (BELL system of surgery. Edinb. 8. Vol. V. 1787.) atque opem, quam in lichenibus tulit (*Idem* treatise on the theory and management of ulcers. Edinb. 1778. 8.). Vtrum ab hac natales trahat, an a vi pituitam incidendi virtus eius vermes necandi ab ALSTONIO (dissert. on Quicklime and Limewater. Edinb. 1784.) obseruata, decidere nolim.

Incidere certe pituitam ex multis casibus concidere licet, ipsa eius lixiuiosae affinis indoles indigitare videtur; spissos humores resoluere GABERI (miscell. Taurinees. 1766. 3.) probant experimenta; ea facultate pars certe efficacie, quam in cutaneis morbis febribusque intermittentibus toties a praeternaturali lymphae et sanguinis spissitudine proficiuntibus exserit, nititur, ea potissimum virtus in scrophulis (MONRO et KAEMPF II. cc. BOYLE medicin. experiments. Lond. 1692. 8. p. 82.) discutiendis, fundendo corio pleuritico (KAEMPF l.c.) referandis viscerum, et glandularum, in primis mesenterii obstructionibus vel pertinacissimis (KAEMPF l. c.), conterendis adeo in sanguine ipso natis polypis (KAEMPF l.c.) celebrata, ea solatium, quod largius pota, interdum sapone grauida, testibus ALSTON (l.c.) in febribus rheumaticis et malis podagram retrogradam insequentibus, et WHYTT (Observa-

## 14 I. TERRAE ET LAPIDES.

servations on the nature, causes and cure of those disorders, which are commonly called nervous. Lond. 1765. 8. p. 379.) et MACBRIDE (experimental essays. London 1764. 8. p. 254.) in malis arthriticis et podagrīcī attulit, vt adeo nodos arthriticos ea resolui posse sibi persuaderet KAEMPF (l. c.), ea denique, vt mihi quidem videtur, auxilium, quod hominibus cum aliis atque aliis viarūm vrinæ vitiis conflictantibus, nephriticis (KAEMPF l. c.) et praecipue calculosis (BASIL. VALENTINVS et BORRICHIVS ap. TH. BARTHOLINV M epistol. medicinal. cent. 4. n. 76. p. 451. ALSTON l. c. WHYTT essay on the virtue of limewater in the cure of stones. Edinb. 1756. 12. maj. p. 187. WALPOLE philosophic. transactions. vol. 47. pro ann. 1751. et 1752. n. 9. p. 43. et n. 77. p. 472. BENNET theatr. theatr. tabid. p. 140.) tulit; calculum enim vrinæ potissimum ex muco inspissato atque indurato proficisci, nuperius argumentis verisimillimis demonstrare annūs est AVSTIN (Treatise on the origin and component parts of the stone in the urinary bladder. London 1790. 8.)

Soluitur vtique sedimentum vrinæ, particulis salinis liberum, (BRVGNATELLI chem. Annal. 1787. 2. p. 111.), soluuntur multi in vrinæ viis procreati calculi (ALSTON, WHYTT, MACBRIDE ll. cc. SCHEELE Kongl. Svensk. Academ. Handlinger vol. 37. p. 329.) in aquam calcis inieci; at pota aqua tam multifarias iam in primis viis offendit materias, aëre fixo grauidas, quibus mutatur, suamque dissoluentem vim amittit, (MACBRIDE l.c.)

vt

vt non mirum sit, intrinsecus modo adhibitam medici (BERGIVS Kongl. Svensk. Vetenſk. Acad. Handl. 1777. trim. 4. art. 3.) ſpem feſelliſſe, et alii aut cum vſu interno iniicienda in veficam aquae calcis vſum (WHYTT l. c.) praeciperent, aut in poſte-riore hoc vtendi modo, quo purior aqua atque intemerata fere calculum contingit, (LANGRISH physical experiments upon brutes etc. Lond. 1756. et w. BVTLER method of cure of the ſtone chiefly by injeſtions. Edinb. 1754. 12. maj.) acquiesce-rent: Accedit, quod calculorum in vrina prognatorum non ſemper vna eademque ſit indeſes, eadem in iisdem liquoribus ſolubilitas; quare plures iisque illuſtres Medicī van SWIETEN (Commentar. in aphorism. BOERHAAVII de cognoscendis et curandis morbis. vol. 5. p. 335.) de HAEN (rat. medend. vol. 1. p. 149. 3. p. 141. 157. 6. p. 181. 13. p. 132.) et alii, quamuis fateantur, egregium ſpasmo-rum ac dolorum his aegrotis tantopere infeſtorum, lenimentum ſubministrare, calculum tamen commi-nui, aut ſemper excerni negant, ſiue meracam bibe-rent, quae quidem adhibendi forma, niſi palatum aut ventriculus nimium refragetur, optime condu-cit, ſiue lacte dulcieſe lactis ſero temperatam, ſiue ſapone praegnantem per menses aquam calcis viuae.

Caute tamen mercandum eſt cum hac calcis viuae aqua ſiue potus ſpecie exhibita ſiue ano in-iecta, ſi motibus febrilibus agitetur aeger, in cli-matibus calidioribus et hominibus temperamenti ſiccioris et calidioris; praeterniſtendus plane vſus in emaciatis, febre heclica, congeſtione ſanguinis renes caputue versus directa, infarctu fixo quaſi la-pideo,

pideo, spasmisue laborantibus, vitandus in principio dysenteriae, orgasnis sanguinis eiusque profluuiis inde pendentibus, sanguine ad inflammationem prono, fibra tensa, nec, nisi sublata prius, si aegrum torqueat, plethora vel alui obstructione, si praesertim a scybalis induratis profecta fuerit, admittendus (DETHARDING l. c. thes. 5. KAEMPF l. c. p. 241. 243.).

**1. Creta farinacea.** LINN. *Syst. nat. III.* p. 86.

*Lac lunae, Agaricus mineralis;* salutari efficacia, et, si laxiorem longe cohaesionem exceperis, qua tangentes digitos inquinat, externis quoque dotibus cum creta scriptoria conueniens, olim, ut videtur, propter consistentiam recentis vnguinosam, lacti vel potius eius cremori quodammodo similem inter medicamenta lactifera imerito relata.

**2. Creta scriptoria.** LINN. *Syst. nat. III.* p. 86.

*Creta vulgaris.* Iota atque in puluerem contusa, alba, labiis humidis adhaerens, humectata argillam spirans, fere tota in aqua forti dissolvens, scriptura inquinans.

Olim frequentius, quam hodie in medicorum formulis, ventriculi acido infringendo destinatis, obuia, huic effectui praestando vtique par, nisi potiora prostarent. Nuperius in ulceribus ex ambustione natis commendat CLEGHORN (medical facts and obseruat. Vol. II. Lond. 1792. 8. n. 11.) ita, ut prius imposito per sex vel octo horarum spatium cataplasmate ex mica panis, lacte et oleo aut butyro composito, ac mundata superficie inspergatur ad saniem

saniem absorbendam creta rasa, omni absorbta de-  
nuo applicatur cataplasma, aliquo tempore elapso  
denuo inspergatur e. s. p. Constituit etiam creta par-  
tem remedii antilyssi in Anglia nomine remedii  
HILLDOMSKIRK famosissimi, quod pro singulis dosi-  
tus ex eius vncia dimidia, boli armenae drachmis  
tribus, radicis enulae drachma vna, aluminis scrupulo  
dimidio et olei anisi guttis quinque conflatur,  
et cum aqua lacte temperata mane iejuno ventri-  
culo per sex dies subsequentes propinatur. (CHAVS-  
SIER ap. FOVRCROY medec. éclair. par les scienc.  
physiq. T. III. 1792. p. 174.)

PRAEPARATA.

Species diacretae Mynsichti et Camerarii.  
In vitroque pharmaco creta cum multis aromatibus,  
mucilaginosis, terrestribus saccharo mista. Ob-  
soleuere.

3. *Helmintholithus iudaicus.* LINN. Syst. nat.  
III. p. 397.

*Lapis iudaicus.* Echinorum aculei, in lapidem  
vtpurimum purius calcarium conuersi, praeter  
vim acidum absorbendi, si subtilissime contriti  
ingeruntur, nullam aliam in corpus humanum  
exferunt, quicquid etiam veteres, duce signa-  
tura, somniauerint.

4. *Helmintholithus Belemnites.* LINN. Syst. nat.  
III. p. 413.

*Lapis lyncis vel lyncurius.* Olim multisaria,  
medicorum quoque, praeter alias amuleti etiam  
forma commandantium, superstitione celebris,

B quic-

## 18 I. TERRAE ET LAPIDES.

quicquid vñquam vere salutaris efficaciae exer-  
cuit, cum frequentissime indolem mere calca-  
riam p̄ae se ferat, acidum in primis viis obuium  
absorbendo p̄aeftit. Praeparatus siue in pol-  
len tenuissimum comminutus afferuabatur.

## b. IMPVRIORES.

LINN. *Syst. nat. III. p. 108* sqq.

1. *Osteocolla.* LINN. *Syst. nat. III. p. 87.*

Nunc stalactite calcarii species forma sua os-  
fistulosum quodammodo referens, nunc radices  
arborum, potissimum populi, intus carie exesae  
et terra calcarea, fabulo inquinata, refertae (MAR-  
GRAF chem. Schrift. 2. n. 11. p. 163 sqq.). A  
similitudine, quae illi cum ossibus intercedit,  
et nomen et virtus in sanandis ossium fracturis  
apprime efficax ei tributa, at praeter eam, quae  
omni terrae calcariae, aere fixo foetae, competit,  
reapse nulla.

2. *Gypsum.* LINN. *Syst. nat. III. p. 256.*

Eiusque variae species in pollen tenerrimum  
contritae.

Olim virtute acidum absorbente celebre, quam  
tamen, nec crudum neque vstum, vtpote vitrioli  
acido iamiam saturatum, exercere valet, posteriori  
forma propter indolem, qua pollet, cum aqua  
liquoribusque aquofis in massam solidam coeundi,  
interno vſu potius venenum: Quicquid externo vſu  
perpetrauit, forsan virtuti eius refrigeranti debetur.

3. *Fluor mineralis viridis.* LINN. *Syst. nat. III.*

p. 128.

Eo quidem nomine nunquam, at pretiosiori smaragdi nomine exornatus quondam saepius in scatulis pharmacopoeorum occurrent, cum smaragdo genuina merito exul ex recentiori suppellectili medica.

C. T A L C O S A E.

LINN. *Syst. nat. III.* p. 68 *sqq.*

I. P V R A E.

I. *Magnesia alba*, *Magnesia salis*, *Magnesia nitri*, *Panacea solutiua*, *vel anglica*, *vel antihypochondriaca*, *Puluis Sentinelli*, *Puluis Comitis de Palma*, *Laxatiuum polychrestum*, *Terra salis Sedlizensis*, eo puritatis gradu, quo medicis inferuire vsibus potest, nullibi in naturae sinu prostat, arte potius chemica ex sale amaro anglico aqua dissoluto, ope salis lixiuosi affusi, aut ex lixiuiis ab excoctione salis communis nitriue superstibus, nunc expulsione humoris caloris ope peracta et ad siccitatem vsque deducta, atque insequente ignis carentis, qui acidum inhaerens dissipet, actione, nunc facta per lixiuum cinerum vulgarium vel clauellatum terrae praecipitatione secreta: Inest enim aquae fontium falsorum aequa ac marinae acido eidem iuncta, quod partem salis communis constituit, creberrime magnesia alba, alias purior, alias terra calcaria inquinata, post salis ipsius excoctio-

B 2

coctio-